

277

SUPREMUM OFFICIUM
JUVENI QVONDAM

Egregio, Pereximio & Doctissimo

DN. MARTINO

Richtsteig /

Thorunensi, J. U. Candidato,

Anno Domini 1695. d. 1. Junii, ætatis

26. piè denato, & d. 5. ejusdem, ad

D. Matris solemniter sepulto,

exhibitum

A

Gymnasii Thorun. Professoribus

& Amicis.



T H O R U N I I,

Imprimebat JOHANN BALTHASAR BRESLER.

1695

2. 5. 11




Rgone non cessat rabidæ violentia mortis
Richtsteigi in celebrem tela vibrare *Domum?*
 Post Matrem & Patrem, *Samuelem* sustulit illa,
 Egregium Juvenem, Pieridumqve decus.
 Nunc ejus fratrem *Martinum* sæva peremit,
 Qvi Pylios annos vivere dignus erat.

Qvi fuit eximiâ paucis virtute secundus,
 Eloqvio celebris, dicere Jura potens.
 Maxima spes Patriæ, Juvenis Cultissimus, idem
 Insignis formâ corporis atqve animi.
 Unus adhuc superest *Frater*, qvem Fata benigna
 Salvum conservent incolumemqve diu.
 Immunem à morbis faciant, vitamqve beatam
 Concedant Illi, Mercuriumqve bonum.
 Conservent *Viduam* Patris de morte relictam,
 Dent & Ei similem rursus *Honore Virum*.
 At *Vos*, crudelis qvos afficit ista qverela,
 Parcite lacrymulis ora rigare piis.
MARTINUS Richtsteig cœlestia gaudia captat,
 Lætitiâ fruitur, deliciisqve poli.
 Jam Patrem & Matrem supremâ sede locatos,
 Jam dulcem Fratrem lætus ovansqve videt.
 O felices, quos evexit ad æthera CHRISTUS,
 Qveis dedit ætheriis regna beata plagis!

Condolens apposuit
 in honorem piæ defuncti & solamen
 lugentium Amicorum

Wenceslaus Johannides, Gymn.
Thorun. Prof. Publ. & Visitor.



R*ECTAM* qvi teris *femitam*,
 tria Verba
V I A T O R !

Tegit hic lapis Sponsum Juvenem,
 cui thalamus in tumulum,
 tumulus in thalamum
 feliciter cessit.

Cave, hanc metamorphosin defuncto invidas.
 Quod denegavit terra,
 donavit cœlum.

Nam qvi in terris Sponsum duntaxat egit,
 in cœlo audit & *Sponsus & Sponsa*.
 V. & A.

M. ^{f.} J. S.

Hoc tibi Pierides statuunt, Martine, sepulcrum.
 causa recens luctus, s'varvis amice, mei.
 Trivisti quondam subsellia nostra, fuisti
 ingenuus Juvenis Discipulusque probus.
 Hinc Albertinas gustasti pectore Musas,
 corradens plures dexteritatis opes.
 Pregela te vidit multis virtutibus auctum,
 atque Viris summis cura placere fuit.
 Fecisti in Patria doctrinae commoda plura,
 enarrare modo quam manus agra queat.
 Integer, innocuus, pius, utilis omnibus aequae,
 ingenii variis dotibus auctus eras.
 Nunc memor obsequii dulcis veterumque laborum
 ante suos raptum te quaeror esse dies.
 Hoc saltem extremum nostri tibi pignus amoris,
 accipe, & aeternum s'varvis amice vale.

In honorem pie defuncti
 scrib.

M. Martinus Böhlm.

So wird das Hochzeit-Fest/ in kläglich-Thum verkehret /
 Weil stete Freude uns der Neid und Mißgunst wehret !
 Der Neid ist gar zu groß ! Bey kurz verwichner Zeit
 Hegt unsre Musen-Schaar den hurtig tapfern Streit
 Im süßen Seiten-Spiel / Trompeten / Paucken / Geigen /
 Zu Ehren ihres Haupts : bald uns das alles schweigen /
 Und uns das Sterbe-Lied hingegen seyn zur Hand :
 Vor Freude kommet Leid / vor Lachen Trauer-Stand.
 So geht es recht mit uns wie im Aprilen-Wetter /
 So fallen wir bald hin die schönen Rosen-Blätter.
 Ihr grünnen Parcen ihr ! was raubt ihr den dahin
 Der uns sehr nützlich war mit dem gelehrten Sinn ?
 Da fragt ihr nichts darnach. Ihr nahmt vor kurzen Zeiten
 Den lieben Vater weg : Ihr fahret fort zu streiten
 Mit seinen Söhnen auch / habt nun hinweg gerafft
 Ein Paar der dritten Zahl / durch eure starcke Krafft.
 Des wehrten RICHTSTEIGS Stamm ist bald sehr kleine worden /
 Weil er ist eingesenckt in bleichen Toden-Orden.
 Ey höre doch nun auf zu stürmen unsern Thron /
 Und neide nicht so sehr der wolgelehrten Kron.
 Es wird dir doch nicht groß gelingen. Endlich bleibet
 Herr Richtsteigs Lob und Ruhm den Sternen einverleibet.
 In dessen schlaffe wol ! biß uns des höchsten Rath /
 Dorthin in Abrams Schooß dir setzet an die Statt.

Paul Vater.

Tamne citò effluxit concessæ clepsydra vitæ ?
 Suprema & properis passibus hora ruit ?
 Vix juvenis steteras in primo limine vitæ,
 Limine at in primo meta reperta fuit.
 Stare fenés credunt Solem, nec sidera verti
 Fingunt, dum vitæ stamina longa trahunt.
 Oderunt lucem, se quando refeminat annus,
 Et moriente die hoc, nascitur ista dies.

Naso

Naso Valachorum cecinit quod mistus atroct
 Genti, sæpè rotant voce tremente senes :
 O daram Lachésin, quæ tam grave sidus habenti,
 Fila dedit vita non breviora mea !
 Spiritus aut membris si se conjungere posset
 Ille tuis, fierint talia Verba tua :
 O diram Lachésin, quæ primo flore Juventa,
 Fila secat vita non bene longa mea.
 Ingeminant : Senibus dulcis mors, illa recedit ;
 At tibi Spem præter præcipitata venit.
 Cur moreris citò ? num Patrem Matremque colebas
 Non dignè ? satis at te coluisse scio.
 Dum studia urfisti, scimus coluisse Magistros
 Te, quia credebas ductibus, arte, patres.
 Pigrities forsan juvenilia corpora solvit ?
 Non, tibi rara quies, & labor assiduus.
 An madidus vidit Bacchus, stupuitque bibentem ?
 Non, quòd erat scimus sobria vita tua.
 Passibus ambiguis Urbis per compita nunquam,
 Ebrius errasti corpore & ore gravis.
 Vixisti modicis, mediocria semper amasti
 Is rerum est Dominus qui cupienda fugit.
 Cursus annorum vitam absumere volucres ?
 At paucas messes te numerasse scio.
 Nec longus, nec parvus eras, verum inter utrumque
 Es medius, mediis gratia major inest.
 Candida cæsaries velabat colla rotunda,
 Distinxit vultus lac, rosa rubra, tuos.
 Dotibus his gratus fueras, ac virgine dignus,
 Et votis Sponsus jam genialis eras.
 Sed votis tantum Sponsus. Nam cætera vertit
 Mors, thalamo ad tumulum quæ breve monstrat iter.
 Non solus moreris, non solus clauderis urna,
 Commoritur gelido Sponsa petita tibi.
 Pro niveo, rubeoque prius, nunc imbuit ora
 Luridus, exangvis, funereusque color.
 Arescit pellis, torpescunt undique nervi,
 Et poscunt loculum tabida corda, manus.
 Ergò, ó terra parens ! denatum suscipe, molli
 Et foveas gremio tradita membra tuo.
 Omnia cum perimet vertetque volubile tempus,
 Viventem clemens tollat ad astra Deus.
 Hic ubi, nec nebula est, nec nox, nec nubila, vultum
 Numinis & clarè cernere quisque potest.

Comi, bonisq; moribus perculro
 Juveni, adjecit,
 Johannes Rezik. P.P.

Ad fratrem superstitem, Affinem
 mihi dilectum

Luxisti tenus hac SAMUELIS funus acerbum
 Fratris, nunc flendi copia rursus adest.
 Dum quoque MARTINUM rapit inclementia mortis,
 Eheu ! tam subito corque animumque tuum.
 Perpendas quæso : facta est divina voluntas,
 A-cujus pendent vitaque morsque manu.
 Nil fit in humanis divo sine Numine rebus,
 Est DEUS in Sanctis mirus ubique suis.
 Fratres defuncti tranquilla in pace quiescant ;
 Et Te conservent fata benigna diu.

fec.
 Georgius Lehmannus,
 Gymn. Collega.

os(†)so